

enim volunt aliquid, etiam filios natos ante crimen, incidere in penas filijs hereticorum impositas: quoniam filij illi nati erant ante id crimen. Ad hoc dicendum est, in eo textu non esse sermonem de pena, qua filij hereticorum presentur bonis, aut habilitatis, que iam erant propria ipsorummet filiorum: sed de probatione, tam ipsorum, quam quorumcumque aliorum heredum, quod illi non fuerint, aut discesserint, heretici, ad effectum, ut in consequentiam heretis, non confiscentur bona omnia eorumdem hereticorum: illa autem non est proprie pena filiorum, aut heredum, sed illorum hereticorum, esto redundet in detrimentum talium filiorum, & heredum, qui in eis bonis erant successuri, si tanquam bona heretici illius, non confiscarentur.

Ad tertium. Ad tertium dicendum est, ibi nomine, natorum filios significari, & nomine, posterorum, ceteros illius descendentes: id vero intelligendum est de filijs, & posteris, natis, post crimen patris, iuxta interpretationem aliorum iurum, ut in responsione ad primum dictum est. Adde, filios illius Iohannis, communitate fuisse in eo crimine, ut in eo capite inuenitur.

Ad quartum. Ad quartum dicendum est, id ius indistincte loquens, limitari intelligendum esse de solis filijs conceptis post crimen, iuxta alia iura, qua id exprimitur, ut in responsione ad primum dictum est.

Ad quintum. Ad quintum dicendum est, intelligi de natis ex Ana Bolema post crimen eiusdem Henrici: non vero de antea natis ex Catharina legitima eius uxore, ut fuit Maria, que fuit vxor secunda Regis nostri Philippi.

Ad sextum. Ad sextum dicendum est, id similiter esse limitandum & intelligendum, de filijs conceptis ac natis post crimen parentum, iuxta dispositionem iuris communis, & ea, que in responsione ad primum dicta sunt.

Ad septimum. Ad septimum dicendum est, eam sententiam eius forma ex iure communi: est de prompta & confutata, semperque eodem modo, pronunciat, intelligendam esse iuxta dispositionem iuris eius.

21 Superest definiamus, quod in titulo huius dissertationis est propositum, atque ad quod explanandum ac definiendum, tam multa hactenus dicta sunt. Nempe, utrum ob crimen heretis, aut lese Maiestatis possit heres maioratus, qui institutor illius non fuit, aut ob simile crimen eius, ad quem proxime deuenire maioratus debebat, excludantur eius filij, aut etiam nepotes, a successione in eo maioratu, et antequam ad vltimum ad eum vocatum, qui incapax illius non sit. Atque in primis dicendum est, si tales filij, aut nepotes, concepti sint, aut nati, ante crimen commissum, non excludi a tali maioratu, ut ex dictis liquet. Si vero concepti sint post id crimen commissum, quod attinet ad crimen lese Maiestatis humanam, in eueniunt, in quibus ostensum est, filios solos illius mafculos, vel de iure communi, vel de iure huius regni, vel de Lusitano iure, reddi incapaces ad succedendum, etiam alijs ascendentibus, collateralibus, ac extraneis, dicendum est.

22 In primis de Lusitano iure, siue maioratus institutus fuerit vltima voluntate, siue contractu inter viuos, filios committens ita crimen lese Maiestatis, reddi omnino incapaces ad succedendum, in eo maioratu, transire, & proinde ad vltimum officia publica ac dignitates, dicendum est. Nihil impediunt ea infamia, & incapacitate, eo ipso, quod cummodi filij, aut nepotes, nati post crimen patris, aut nati, incapaces non sunt succedendi nisi ab intestato, & ex testamento, atque obtinendi bona temporalia, donatione, & alijs contractibus inter viuos, succedere, in consequentiam bonorum temporalium, posse etiam in vinculo ma-

quod ad ipsos esset alioquin deuoluendus, transire ad vltimum ad eum vocatum, qui incapax illius non sit. Id quod satis innot ordinatio ipsa Lusitana ibidem §. 14. iuncto 17. ibi, que para ello seja capaz.

De iure vero communi, atque huius Castellæ regni, cum filij committentis id crimen, solum redditi sint incapaces ad succedendum ab intestato, aut quouis alio modo per vltimam voluntatem, etiam in legatum, aut fideicommissum, non vero donatione, aut alio contractu inter viuos, ut constat ex l. quisquis, §. filij. C. ad leg. Iul. maiest. & ex l. 2. tit. 2. p. 7. supra; explanatum est, dicendum est cum Greg. Lopez eadem l. 2. verb. mandas que les fueren fechos, si maioratus per vltimam voluntatem sit institutus, tunc, quia comparatione talis filij haberet ratione fideicommissi vniuersalis, aut particularis, in quo succederet primo institutori, per vltimam voluntatem ab eo illi relicto, non posse in illo succedere, sed deuolui ad vltimum ad illum: a primo institutore vocatum, qui illius incapax non sit. Si vero institutus sit contractu inter viuos, in illo succedere. Vtrum autem ex eo, quod infamis etiam sit, & incapax ad officia, & dignitates, ex hoc alio capite sit ab eo repellendus, mox dicetur dum firmo fuerit de crimine heretis.

Molina lib. 4. de primog. c. vlt. n. 10. etiam ex primo illo capite contrarium affirmat. Ducitur. Primo, quoniam cum maioratus successio a primo institutore, non autem a sequenti successore, pendet, videtur ex eo tempore, quo primogenitus natus est, sibi acquisitum fuit quoddam ius primogenituræ formatum ex spe firma ac inuariabili, etia post vintente: quod ius nulla lex de crimine lese Maiestatis loquens, a filio potuit auferre, sed solum potentia succedendi in ijs, que eo tempore acquisita non erant.

Secundo, quoniam filij proditoris, incapaces essent successione eius maioratus, quem pater obtinebat, sequeretur hoc quoddam maximum absurdum, quod maioratus successio ad transfusiles cognatos transiret, exclusis filijs.

Miror sane Molinam; ad eod debilibus argumentis reiecit opinionem illam Greg. Lopez follet deductam ex duobus iuribus citatis, quod attinet ad filios natos post crimen patris: de alijs enim iam dictum est, non excludi ab eo maioratu.

D Ad primum ergo illius argumentum dicendum est, si loquatur de filio nato post crimen patris, factum esse talem filium a tempore, quo natus est sibi acquisiisse ius illud: lex enim antequam ille conceperetur, dum adhuc erat in lumbis patris, fecit illum incapacem ad succedendum in eo maioratu, ac proinde, in penam criminis patris, impediuit, ne in eo id ius relinqueret, ut dictum est.

D Ad secundum dicendum est, id non solum non esse maximum, sed etiam nullum esse absurdum in eo euentu, in quo filij nondum concepti merito ob crimen patris facti sunt a lege incapaces talis successione; non vero filij eorumdem, si existant tempore delationis talis maioratus, aut in defectu eorum, alii collaterales.

E Quod attinet ad crimen heretis, quatenus filij hereticorum, aut etiam nepotes eorum per lineam masculinam, facti sunt infames, & incapaces ad obtinendum officia publica ac dignitates, itemque quod attinet ad crimen lese Maiestatis humane, quatenus similiter filij incidunt in hoc crimen, eo ipso sunt infames & incapaces ad obtinenda officia publica ac dignitates, dicendum est. Nihil impediunt ea infamia, & incapacitate, eo ipso, quod cummodi filij, aut nepotes, nati post crimen patris, aut nati, incapaces non sunt succedendi nisi ab intestato, & ex testamento, atque obtinendi bona temporalia, donatione, & alijs contractibus inter viuos, succedere, in consequentiam bonorum temporalium, posse etiam in vinculo ma-

lo maioratus, de quo nunc loquimur, & in iurisdictione temporalis, qua consistit, & quam habet annexa, ut copiose disp. 620. ostensum a nobis est. Dixi, succedere posse in vinculo maioratus, de quo nunc loquimur: quoniam, si maioratus institutus sit de bonis coronæ regni, a principe quondam alicui, & successori eius illius, etiam in remuneratione obsequiorum reumque bene gestarum, ei donatis, tunc num ex alio capite extingatur maioratus, deuoluaturque ad fiscum, coronamve regni, crimine heretis, lese Maiestatis humane, aut Sodomie, tale maioratum possidentis, quatenus scilicet eiusmodi bona censentur donata sub ea lege & conditione, vt confiscari possint ex quouis illorum trium criminum eum maioratum possidentis, disp. 660. dicitur. Cum vero titulus Ducatus, Marchionatus, Comitatus, & similes ex principis donatione ac concessione deriuentur, eide sane legi ac conditioni videtur subiacere. Quando tamen is, qui ad eiusmodi maioratum vocatur, in cederet in aliquod illorum criminum, antequam maioratus ad eum deuoluatur, tunc non confiscaretur, sed post mortem possessoris, pertineret ad vltimum ad eum vocatum, qui, iuxta ea que dicta sunt in capax illius non esset.

DISPVT. 659.

Vtrum obdelictum institutoris possit maioratus confiscari.

S Y M M A R I V M.

- 1. Maioratus irrevocabiliter de bonis patrimonialibus institutus, non confiscatur ob crimen lese Maiestatis diuine, aut humane, institutoris postea commissum. Neque confiscatur ob crimen post institutum nem, sed ante sententiam latam conuictum, quando ob id crimen non ipso iure, sed per sententiam bona confiscantur.
- 2. Maioratus renouabiliter per vltimam voluntatem, etiam donatione causa mortis institutus, confiscatur crimine institutoris, quo bona illius ipso iure confiscantur.
- 3. Maioratus renouabiliter contractum inter viuos institutus, non confiscatur crimine lese Maiestatis diuine, aut humane, institutoris postea commissum, nisi institutor eum reuoctet in vita sua.

Nunc dicendum est de delicto institutoris maioratus de suis bonis patrimonialibus num ob delictum ipsius, ob quod cetera eius bona confiscantur, confiscentur etiam maioratus ab eo institutus in prauidicium eorundem, qui ab eo in talem maioratum vocati sunt. Atque in primis dicendum est, si delictum commissum est post eum maioratum irrevocabiliter ab eo institutum, tunc ob delictum is maioratus non potest confiscari. Ita Molina libro 4. de primog. ca. vlt. numero 18. resque ex se est fati persequa. Quoniam, sicut maioratus institutor non potest contractum, aut alia ratione, alienare bona, ex quibus constat, postquam irrevocabiliter institutus est, ut supra dictum suo loco est: ita neque delicto potest ea alienare, & efficere, vt ad fiscum pertineant. Quin, si crimen esset tale, ob quod bona delinquentis confiscantur, non ipso facto, sed post latam sententiam, maioratus irrevocabiliter medio illo tempore institutus, non confiscaretur, subsequente sententia confiscationis bonorum talis delinquentis: sic neque donatio, medio illo tempore facta, confiscaretur. Ita habetur. l. post contractum. ff. de donat.

2 Quando autem maioratus renouabiliter est institutus, non potest ob delictum institutoris, nisi institutor eum reuoctet in vita sua.

Artus, distinguendum est. Quoniam, si per vltimam voluntatem institutus sit etiam donatione causa mortis, tunc confiscatur, tanquam bona adhuc delinquentis nemini adhuc obligata. Et quoniam vltima voluntas, non solum incidit in crimen lese Maiestatis, diuine, aut humane, sed etiam cuiuscunque serui penæ, de iure communi (de Lusitano vero, si ad mortem naturalem sit damnatus, & in hoc Castelle regno, quando ad mortem damnatur, & bona illius, aut pars eorum, confiscantur) quoad id, quod confiscatur, eo ipso redditur nulla, etiam facta sit ante crimen commissum, ut disputatione 9. & copiosius disputatione 48. ostensum est. Consentit Molina vbi sup. a. n. 19. & de donatione causa mortis dictum cum eodem autore est disp. 287.

B Si vero maioratus per contractum inter viuos renouabilem sit institutus, dicendum est: non confiscari, etiam subsequente crimine lese Maiestatis diuine, aut humane: si tamen delinquentis eum ante suam mortem reuoctet, tunc eo ipso ad fiscum spectat. Ita Anton. Gom. l. 40. Tauri, numero 91. Molina vbi supra numero 23. & alij, quos citat; Quod si aliud intendit Simancas de Cathol. insti. titulo no. numero 256. non est hac in re audiendus. Ratio autem primi ac precipui, quod asserimus, est. Quoniam contractus ille inter viuos validus fuit, & per eum ius comparatur vocati ad maioratum, tamen si reuoctat per institutorem, interim dum institutor viuunt, ius eum reuoctandi, non transit ad fiscum: quoniam est personale. Eadem vero est prolixus ratio de donatione a viro facta vxori, que inualida non redditur ex eo, quod vir in crimine lese Maiestatis, aut in alio simile, incidat, neque ad fiscum pertinet, sed ad vxorem, nisi vir eam reuoctet, dum viuunt: Ita, quod attinet ad crimen lese Maiestatis, habetur expresse leg. quisquis, §. vxores. C. ad leg. Iulian. ma iest. & ex eo, §. id ibi affirmat glossa verb. titulo donationis, mirrorque Molinam, & alios, non citare ius hoc expressum in fauorem huius sententia, eamque expresse glossam. Idem probat. l. res vxoris, C. de don. inter vir. & vxor. quam ad id citant glossa, Molina, & alij.

DISPVT. 660.

Num maioratus de bonis coronæ regni, confiscari obdelictum possessoris possit & regnum propter Regis delictum.

S Y M M A R I V M.

- 1. Maioratus de bonis coronæ regni, item tituli Comitatus, Marchionatus, & similes in Castella & Lusitania regni confiscantur ob crimen lese Maiestatis possessoris. Et quid ob heretis, & Sodomie crimina.
- 2. Maioratus de bonis coronæ regni, ut confiscari non possit ob crimen lese Maiestatis, & ob alia crimina, valet privilegium, dummodo confiscari possit ita ut commoditas ad delinquentem non pertineat.
- 3. Regnum an confiscari possit ob crimen lese Maiestatis diuine, aut humane, possessoris.

Quod ad primum attinet, paucis est dicendum. In hoc Castelle regno, & in Lusitania, confiscari potest ob crimen lese Maiestatis. Rõ est, quoniam bona coronæ regni, sub ea tacita lege & conditione, censentur tradita in maioratum, vt amittuntur, & confiscantur ob crimen lese Maiestatis, ingratitudeque in ipsam regni coronam, vnde deriuantur, commissam. Idem dicerem de titulo Ducatus, Marchionatus, comitatus, & similibus.

tus, & similibus à Rege concessis: maxime quia eodē conueniuntur aliquid oppido, concessio de bonis coronae regni... Terro se aliqui traxerunt pseudo, morzato ou foro, do Rey, quer in perpetuum quereu pssas, & comersse sal crime de lesa magestade, per que suos beens denelem ser confisados, en tal caso, esse morzados, pseudo, ou foro sera tornado a o Rey, pera fazer dele, o que for sua merce. Atque idem in hoc Castella regno laicū est pragmatica Henrici Secūdi, quae referente Molina libro 4. de primog. c. vlt. num. 41. sic habet. A lo que me pedisles por merced, que si, lo que Dios no quier, alguno de qualquier estado, o condicion de los mis reynos, fusse contr a mi fennorio y honra y provecho de mis reynos alcandose con villa, o castillo, o haziendo della guerra, y no viuiere a mi llamamiento, siendo requerido por mi, y fuere contra el mi consejo, menos precando mis cartas, y no viuiere al termino por mi en las mis cartas assignado, por si por su prociador, por las villas, o castillos que tuuiere en el mi reyno, o cayeren en caso, que deua perder los bienes que sea la mi merced, que de los sus bienes, que deniese perder, que si fusen sin donado y merced de los Reyes onde yo vengo, que por los de mi consejo ordenemos dellos lo que la mi merced fusse. Pero, si ouiere villa, o castillo, o otra heredad, por donacion de los Reyes mis antecessores, que los tales bienes, que asi deniere perder, tomen a la corona real, donde fueron paridos, y vos lo prometiste asi. A esto vos respondemos de consejo, acuerdo, y autoridad de los de mi consejo, que me demandais cosa que cumple a mi seruicio, y a el provecho de mis reynos, como bienes y leales vasallos, y vos lo tengo en seruicio, y me aplace, y vos prometo de lo ansi hazer y cumplir de la quista que vos demandais, y que las maneras, que se an de tener cerca dellos, que lo ordena...

F I N I S

va mi consejo, que si, lo que Dios no quier, alguno de qualquier estado, o condicion de los mis reynos, fusse contr a mi fennorio y honra y provecho de mis reynos alcandose con villa, o castillo, o haziendo della guerra, y no viuiere a mi llamamiento, siendo requerido por mi, y fuere contra el mi consejo, menos precando mis cartas, y no viuiere al termino por mi en las mis cartas assignado, por si por su prociador, por las villas, o castillos que tuuiere en el mi reyno, o cayeren en caso, que deua perder los bienes que sea la mi merced, que de los sus bienes, que deniese perder, que si fusen sin donado y merced de los Reyes onde yo vengo, que por los de mi consejo ordenemos dellos lo que la mi merced fusse. Pero, si ouiere villa, o castillo, o otra heredad, por donacion de los Reyes mis antecessores, que los tales bienes, que asi deniere perder, tomen a la corona real, donde fueron paridos, y vos lo prometiste asi. A esto vos respondemos de consejo, acuerdo, y autoridad de los de mi consejo, que me demandais cosa que cumple a mi seruicio, y a el provecho de mis reynos, como bienes y leales vasallos, y vos lo tengo en seruicio, y me aplace, y vos prometo de lo ansi hazer y cumplir de la quista que vos demandais, y que las maneras, que se an de tener cerca dellos, que lo ordena...

F I N I S

DISPUTATIO prima huius secundi tractatus, explicauimus, quid esset ius & dominium, & quae essent partes quasi integrantes dominij, deque subiecto illius, rerumque, quoad dominium, diuisione, disseruimus. A disput. vero 21. distinguentes dominium in genere in dominium iurisdictionis, & proprietatis, de origine dominij iurisdictionis, deque partibus illi subiectis egimus. A disput. autem 32. usque ad disput. 575. praecipuos tradidimus titulos, quibus rerum dominia acquiruntur, & amittuntur, abaque, quae connexa, admiscula, & coniuuncta erant cum eisdem titulis. A disput. vero 576. de maioratibus, vinculo re bonorum exterrorum, diximus: unde dominium iurisdictionis temporalis magis elucidatum manet: reliqua vero, quae ad idem temporalis iurisdictionis dominium spectant propria sunt tractatus quinti; eaque de causa in illum locum ea referuimus. Nunc autem disserendum consequenter nobis est de tributis, quae laicis potestatibus, ratione dominij iurisdictionis, quae in commune reipublicae bonum debentur. De sustentatione vero, quae Ecclesiasticis potestatibus debetur, inferius in materia de religione, si Deus vitam concesserit, est dicendum.



LVDOVICI MOLINAE SOCIETATE IESV, DE IVSTITIA ET IVRE TOMI TERTII PARS PRIOR. DE TRIBUTIS.

DISPUTATIO prima huius secundi tractatus, explicauimus, quid esset ius & dominium, & quae essent partes quasi integrantes dominij, deque subiecto illius, rerumque, quoad dominium, diuisione, disseruimus. A disput. vero 21. distinguentes dominium in genere in dominium iurisdictionis, & proprietatis, de origine dominij iurisdictionis, deque partibus illi subiectis egimus. A disput. autem 32. usque ad disput. 575. praecipuos tradidimus titulos, quibus rerum dominia acquiruntur, & amittuntur, abaque, quae connexa, admiscula, & coniuuncta erant cum eisdem titulis. A disput. vero 576. de maioratibus, vinculo re bonorum exterrorum, diximus: unde dominium iurisdictionis temporalis magis elucidatum manet: reliqua vero, quae ad idem temporalis iurisdictionis dominium spectant propria sunt tractatus quinti; eaque de causa in illum locum ea referuimus. Nunc autem disserendum consequenter nobis est de tributis, quae laicis potestatibus, ratione dominij iurisdictionis, quae in commune reipublicae bonum debentur. De sustentatione vero, quae Ecclesiasticis potestatibus debetur, inferius in materia de religione, si Deus vitam concesserit, est dicendum.

DISPUTATIO prima huius secundi tractatus, explicauimus, quid esset ius & dominium, & quae essent partes quasi integrantes dominij, deque subiecto illius, rerumque, quoad dominium, diuisione, disseruimus. A disput. vero 21. distinguentes dominium in genere in dominium iurisdictionis, & proprietatis, de origine dominij iurisdictionis, deque partibus illi subiectis egimus. A disput. autem 32. usque ad disput. 575. praecipuos tradidimus titulos, quibus rerum dominia acquiruntur, & amittuntur, abaque, quae connexa, admiscula, & coniuuncta erant cum eisdem titulis. A disput. vero 576. de maioratibus, vinculo re bonorum exterrorum, diximus: unde dominium iurisdictionis temporalis magis elucidatum manet: reliqua vero, quae ad idem temporalis iurisdictionis dominium spectant propria sunt tractatus quinti; eaque de causa in illum locum ea referuimus. Nunc autem disserendum consequenter nobis est de tributis, quae laicis potestatibus, ratione dominij iurisdictionis, quae in commune reipublicae bonum debentur. De sustentatione vero, quae Ecclesiasticis potestatibus debetur, inferius in materia de religione, si Deus vitam concesserit, est dicendum.

DISPUTATIO 661. De varijs tributorum nominibus ac generibus. SUMMARIUM. 1. Tributum unde dictum. 2. Censur quot modis vsurpetur. Accipitur pro tributo, et quoque duplici. Quoddam quod ex bonis, pro illorum estimatione, solvebatur. Et erat mixtum inter reale, & mere personale. Et quod tributum mere reale sit. Aliud erat tributum capitis.

1. Tributum unde dictum. 2. Censur quot modis vsurpetur. Accipitur pro tributo, et quoque duplici. Quoddam quod ex bonis, pro illorum estimatione, solvebatur. Et erat mixtum inter reale, & mere personale. Et quod tributum mere reale sit. Aliud erat tributum capitis. 3. Vestigal pro se quid. 4. Tributum seruicij ordinarij, & extraordinarij, quod in hoc regno soluitur pro ratione valoris patrimonij cuius, non est reale, sed medium inter reale & personale. Et qui exempti sint ab illo soluendo. 5. Tributum capitis de la moneda foreta, a septennio in septennium soluendum, quod in hoc regno. Et qui ab illo exempti. 6. Tributum aliud capitis, quod Martinea nuncupatur, & aliud, quod dicitur Marceada, quae. 7. Indicti tributum quod, & quomodo solvebatur. Et unde origo supplicandi per indictiones. Vnde etiam supplicandi per olympiades. Quod item superindictum. Meritum, seruicium ordinarij huius regni indicti.

DISPUTATIO prima huius secundi tractatus, explicauimus, quid esset ius & dominium, & quae essent partes quasi integrantes dominij, deque subiecto illius, rerumque, quoad dominium, diuisione, disseruimus. A disput. vero 21. distinguentes dominium in genere in dominium iurisdictionis, & proprietatis, de origine dominij iurisdictionis, deque partibus illi subiectis egimus. A disput. autem 32. usque ad disput. 575. praecipuos tradidimus titulos, quibus rerum dominia acquiruntur, & amittuntur, abaque, quae connexa, admiscula, & coniuuncta erant cum eisdem titulis. A disput. vero 576. de maioratibus, vinculo re bonorum exterrorum, diximus: unde dominium iurisdictionis temporalis magis elucidatum manet: reliqua vero, quae ad idem temporalis iurisdictionis dominium spectant propria sunt tractatus quinti; eaque de causa in illum locum ea referuimus. Nunc autem disserendum consequenter nobis est de tributis, quae laicis potestatibus, ratione dominij iurisdictionis, quae in commune reipublicae bonum debentur. De sustentatione vero, quae Ecclesiasticis potestatibus debetur, inferius in materia de religione, si Deus vitam concesserit, est dicendum.